

17/

*De translatione parochi - Recursus -
Revocatio translationis - Lis finita*

In causa de qua supra, promota a Rev.do D. X. Y. contra decisionem Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione diei 14 ianuarii 1969, confirmantem decretum E.mi Ordinarii, diei 8 maii 1968,

quo idem Sac. *transferebatur* a paroecia loci « M. P. » ad paroeciam loci « K. »;

Cum idem E. mus Ordinarius per decretum diei 9 augusti 1971 revocaverit suum praecedens decretum translationis, de quo supra;

Attento quod per huiusmodi revocationem cessat obiectum contentionis agitatae coram Hoc Supremo Tribunali.

lis finita declaratur.

Et notificetur omnibus interesse habentibus.

Romae, die 16 decembris 1971.

DINUS Card. STAFFA, *Praefectus*

✠ AURELIUS SABATANI, *Secretarius*